



FORMUŁY MODLITWY POWSZECHNEJ W JĘZYKU ŁACIŃSKIM

(Missale Romanum 2002, appendix V)

TEMPORE HEBDEMODO SANCTÆ

Sacerdos:

Hoc Passiónis témpore, quo Christus Patri suo preces supplicationésque cum clamóre válido et lácrimis óbtulit, Deum húmiles exorémus, ut, pro reveréntia Fílii sui, preces quoque nostras cleménter exáudiat.

Intentiones:

- I. Ut Sponsa Christi Ecclésia, hoc Passiónis témpore, ipsíus sanguine plénius emundétur, Dóminum deprecémur.
- II. Ut per sanguinem Crucis Christi ómnia in mundo pacificári váleant in salútem, Dóminum deprecémur.
- III. Ut ómnibus qui infirmitáte et labóribus sunt Passiónis Christi partícipes, fortitúdinem et patiéntiam largiátur, Dóminum deprecémur.
- IV. Ut omnes per domínicam Passiónem et Crucem ad Resurrectiónis glóriam perducámur, Dóminum deprecémur.

Sacerdos:

Adésto, Dómine, tuo pópulo supplicánti, ut, quod própria fidúcia non præsúmit,
Passiónis Fílii tui méritis consequátur.

Qui vivit et regnat in sácula sæculórum. **R.** Amen.